



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

46. An exempti possint esse tutores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

rici. Rebuff. de privileg. Scholar. privileg. 106. num. 14. & segg. Barth. l. 1. §. si quis num. 13. ff. de appellat, vide Supra quest. 26. Ergo simil in casu idem statuendum est in exceptis, per auctoritates Rebuffi & DD. supra citatorum, quia cum actus attribuitur personis mixtis, qualitas unius ex mixtis attrahit ad se totum mixtum. d.l. queritur ubi late DD. Porro ratio praetactae proportionis & Analogiae est, quod quando duo sic se habent, quod alterum est metiens, alterum mensum, lex disponens circa metiens censetur similiter cum eadem esse ratio etiam disponere citaculum mensum. Dominic. cap. primo colum. 3. vers. sed fidelit quinto ubi Franc. num. 3. vers. non limita de temporibus ordinand, in 6. Navarrus in manuali ca. 22. num. 72. vers. ad questionem. In iis enim que ad invicem commensurantur, idem est iudicium, eademque juris dispositio. Franc. d. num. 8. Quare cum inter praetactos sit quædam fori commensuratio, ab illis invicem argumentatio duci potest. DD. ubi supra. Navarr. conf. 62. num. 5. de Regular. ad instar eriam æquiparatorum, quorum idem esse iudicium dixi infra lib. 4. quest. 54. num. 4. Cavalc. Decis. 32. num. 6. par. 1.

QUESTIO XLVI.

An possint esse tutores?

SUMMARIUM.

- | | |
|---|--|
| 1. Opinio affirmativa. | 10. Voluntarie jurisdictiones possunt expiri quounque tempore. |
| 2. Datio tutoris spicit ad ordinarium. | 11. Exempti etiam Religiosi, possunt esse excusatores testamentorum. |
| 3. Exempti non sunt de Diœcesi. | 12. 13. Compelluntur tamen ad rationes ab ordinario cum quadam distinctione. |
| 4. Paria dicuntur fieri extra territorium,
vel in loco exemplo. | 14. Argumentum ab executoribus ad tutores. |
| 5. Testamentum factum in loco exemplo Se-
nensi, non censetur factum Senisi. | 15. Laicus an constituere possit tutores cle-
ricos. |
| 6. Delegari non potest tutor, qui deleganti
non subest. | 16. Questio resolvitur cum distinctione. |
| 7. Opinio affirmativa. | 18. Episcopus dat tutores Laici personis mi-
serabilibus. |
| 8. Voluntaria iurisdictio que sit. | |
| 9. Cessante causa privilegi, cessat privi-
gium. | |

19. Si in diaconi non sint idonei, an possint nominari exempti.
 20. Ecclesiasticus supplet, negligentiam laicorum.
 21. Quid se Ecclesiasticus habeat mixtum.

imperium.

22. An clerici, monachi &c. aut similes fungi possint tutela.

23. Tutor conveniri debet in foro pupil-

Dubia videtur hæc questio, pro cuius negativa videtur esse. Wenzelius
 1. parat. ff. iit. de tutela num. 6, dum sic dicit. Qui in dignitate aliqua aut
 2. privilegio sunt, ut miles, colonus principis, exempti à jurisdictione & similes, qui
 3. bus adjundatis pupilli conditio deterior futura est, quia pares potentioribus esse
 4. non possumus, eis tutela delegari prohibetur, ita illle per l. neque l. 4. l. fin. C. quidam
 5. tutores l. 3. ff. de alienat. mutat. judic. caus. fact. Datio enim tutoris spectat ad
 6. magistratum live ad ordinarium loci. Gail. lib. i. obser. 1. num. 48. l. 1. ff. de tutorib. &
 7. curat. datis ab his nbi glo. verb. ejusdem text. l. jus dandi ff. cod. & d. l. neque & Lorist in a-
 8. picibus juris tit. de tutelis axiom. 18. & seq. Faber Lunicus in fine ubi & DD. Cubipetantur
 9. tutores, à quo hi adeo sunt exempti, ut extraneorum jure censeantur. glo. & pre-
 10. fessatus supra cod. lib. cap. 45. nn. 5. non enim dicuntur esse de dictis live de terri-
 11. torio loci. Lapis Clem. 2. de privileg. Fel. & DD. cap. grave de officio ord. & dixilatius
 12. supra questione quinta vers. Ad tertium negatur s usque ad vers. ad postremum Ang.
 13. conf. 337. alias 307. quodincipit in causa Clem. 1. de excessib. pralat. Anton. de Rosellis
 14. tract. de indulgentiis num. 315. Ideoque argumento à personis ad loca paria dicuntur
 15. extra territorium fieri vel in loco exempto. Cald. conf. 14. de foro compet. Ang. conf.
 16. 230. Quodam Margaret vol. 2. DD. d. cap. grave, unde inquit Ang. Cald. Fel. jam
 17. citari, teataventum factum in loco exempto Senensi, non censeri factum in ter-
 18. ritorio Senensi. Quod sic cum in exemptos jurisdictione ordinarii dantis tutores non ex-
 19. tendatur, eis tutelam delegare non possit; ut enim dictum est, delegari non potest
 20. tutor, qui jurisdictione delegantis non subest. d. l. 1. & d. l. jus dandi l. neque in locum
 21. C. qui petant tutores. Barthol. etiam municeps ff. de Tutelis glo. l. quero off. de testam. tutel.
 22. Pro affirmativa autem adfertur, quod in his qua sunt voluntaria jurisdictionis,
 23. exempti possunt esse subjecere ordinario, etiam sine venia superioris. Io. Andr. cap. 1.
 24. de peccatis in 6. Lapis cap. cum in illis de tempor. ord. in 6. & Clement. attendentes S. case-
 25. rum de statu regul. Landens. Clem. 1. de relig. Brixiensis in repert. verb. exemplo col. 1. & 5
 26. Voluntariam jurisdictionem voco, que à partium mera voluntate dependens ju-
 27. dicariam cognitionem non requirit, nec in invitum redditur, velut manumittere,
 28. adoptare, beneficia conferre, nor. l. 2. ff. de officio prator. & DD. l. actus C. de ferias ac ut
 29. sunt verba Molinei ad consuet. Parient. tit. 1. §. 42. num. 11. fol. 562. Cum agitur (in-
 30. quirit) de tuteore aut curatore deputando minori aut agnato furioso vel prodigo,
 31. Aut de insinuatione, donatione, exemplatione veterum instrumentorum, vel de
 32. aper-

apertura & publicatione testamenti , aut decreto interponendo in alienatione prædiorum minoris & similibus , in ejusmodi enim voluntariis viget ordinarii jurisdictio in exemptos . Molin . d . num . 11 . quippe quod tum esse finis & causa privilegii , de qualitate dictum est supra capite primo . Ideoque cessante causa privilegii , cessare debet privilegium iuris iuris . usuras . de leg . 2 . cap . cum divi . dist . 63 . Rom . cons . 180 .¹⁰ num . 7 . dixi infra lib . 3 . cap . 7 . Unde possunt expediri quoever tempore etiam ferato & ubique dicitur . ab aliis Bald . & DD . Mol . ubi supra Ant . de Canario tract . de insinuat . instrumento . quia si . 6 . num . 14 . pertinet . l . qui habet \$. quolibet loco eis tempore curatorem dari posse ff . de Tutele l . nec mandante \$. dari ubi Barik . ff . de tutore . & curat . dat ab his doct . Abb . cap . cum Ecclesiæ num . 6 . de immunit . Eccles . Vantus de nullitate ex defactu ordinarii num . 109 . fol . 28 . nec in tutori deputando requiritur causa cognitio aut ciratio . nisi sit detinut per inquisitionem . Barth . l . qui habet \$. quolibet ff . de tutel . l . legitimis in pr . ff . de legi . tutel . Traq . Tract . Res inter alios abita num . 87 .¹¹ Confirmatur primo Raione à simili , nam exempti quamvis religiosi , possunt esse executores testamenti . Fel . c . fin . n . 6 . vers . & addit de fôro compet . fol . 44 . Famus verbo executori n . 14 . Clem . unicus ubi Sabarella de testa . Io . Franc . Pannus tract . de visitationib . 9 . secunda partis n . 92 . tract . 14 . Idem tract . de officio capituli sede vacante q . 7 . secunda partis n . 6 . vol . tract . 15 . Navarr . cons . 1 . ne clerici vel Monachi par . 1 . Ang . in summa verb .¹² executor n . 20 . hac tamen distinctione , quod religiosi compellantur ad rationes ab ordinario . alii vero neutiquam . Ang . d . n . 20 . Famus d . n . 14 . glo . Clem . 1 . verb . tales . ubi etiam Cord . n . 12 . de testa . Io . Baptis . Pavinus . d . tract . de potest . cap . sede vacante d . num . 6 . Quod tamen Concilium Tridentinum postea temperavit , nam indistincte execu-¹³ tores testamenti ad pias causas ad rationem Episcopo reddendam obligantur . sess . 22 . e . g . de reform . Petr . Bruxiens . in report . verb . Exempti si tanquam executores . Alphonfus Villagrosin speculo visitatorum fol . 32 . n . 9 . Idque tanquam sedis Apostolica delegato , de quo sequenti parte suo proprio capite dicetur : Ad hæc si ita in executoribus dispositum est , videretur ab identitate idem hac in questione resolvendum que ad tutors , hi enim & illi eisdem quasi legibus constitutionibusque regulantur , Joannes Iacobi à Canibus . Io . Aldendorp . tract . inibus de executoribus ultime volunt per tot .¹⁴ Jacob de Avena tract . de commissariis . Ferrarius in forma libelli ad reddendam rationem tutela \$. an executores n . 1 . fol . 306 . Confirmatur secundo Argumento proportionabili , quod est inter clericos respectu judicis laici , & exemptos respectu ordinarii ; quod valere diximus supra cap . 45 . vers . Idque argumento n . 5 . Nam opinione Angelii & à se clarum , clerici licet sint sacerdotes , dari possunt tutors à judice laico . Angel . \$. sed hoc jurerum 3 . inst . de utiliano intore Stephan . Aufrev . tract . de potestate facultatis super Ecclesiast . personis regula 2 . num . 28 . & regul . 4 . num . 25 . Massuer in pract . tit . de tuore num . 18 . Pro solutione questionis videtur cum Molineo d . num . 11 . distinguendum , aut enim exempti ultra sine strepitu judicij tutam legitimam

suscipiunt, tunc locus erit opinioni affirmativa & glossa l. datus in verb. vendicare ff. de taurib. & curat datus ab his, comparantur enim exempti extraneis, qui legitima tutela fungi possunt, Dativa vero minimè. Cavalcane de Tuore & Curatore cap. 1. numer. 3. Aut vero tergiverulantur judicialiter contestando, quo calu tutelam evitabant, retraherentque causam ad suam judicem. Quia tamen distinctio non uisque quaque satisfecit omnibus argumentis, Nam licet Angelus & legnae existent sacerdotem datus posse tutorum à judice laico, ex quo si habeat Domicilium sub jurisdictione judicis laici, quippe quod ad hoc ut quis dari non possit tutor, duo copulative requirantur, videlicet quod extraneus sit, & quod ibi non habeat domicilium, d. l. neque C. Qui dari tutores possint, Ang. d. § sed iure num. 3. Inst. de Attiliano rur. Cæteris tamen longe aliter vistum est, volunt enim judicem seculariem non posse clericis tutorum constitutere, ex quo si non sit de ejus jurisdictione, & vice versa Ecclesiasticum non posse constitutere laicum, quia similiter non haber jurisdictionem temporalem, nec jus eum cogendi. Faber §. 1. n. 4. & 5. inst. de Attiliano tutor per l. 1. in fin. Ius dandiss. de tutor. datus ab his & §. 1. & seq. inst. de Attil. ius. Aut. statuimus C. de Episcop. & clericis Barib. Letiam ff. de tutelis. Rol. à Valle de inventario par. 2. quest. 16. num. 1. 2. & seqq. Idque etiam Ecclesiasticus de consuetudine cognoscere posse indistincte inter laicos de causis civilibus, non enim ideo istiusmodi consuetudo trahenda esset ad causas mixti imperii, qualis est datio tutoris. Faber d. §. 1. num. 6. inst. de Attilian. tutor. Restringendum tamen istud est, t. in misericordibus personis laicis, eis enim Episcopus indistincte tutores date potest, verum tamen non aliis quam iuxta jurisdictioni subjectos, cap. pervenit diff. 36. cap. generaliter 16. quest. 1. cap. luct. diff. 37. cap. Capriani 21. quest. 3. Fornas verb. tutela. nu. 2. Ang. eod. verbo in summa. Faber d. §. 1. num. 5. inst. de Attilian. tutor. Bald. cors 363. vol. 1. Barib. I. legitimos in fin. cum addit. ff. de legitim. tutorib. Mathias Cafritius in annot. ad. missione rum tit. de tutor. in questionibus num. 16. fol. 40. Faber §. minores n. 2. ubi vide inst. de excusat. tutorum.

An tamen miserabiles esse debent habitu & actu simul, an vero satis sit, si sint habitu aut actu tantum, videatur latè Abbas & DD. cap. significantibus nu. 6. de officio delegati DD. Lonica C. quando impar. inter pupillos & viuam, Faber. Amb. presbiteros C. de Episc. & clericis. Porro si judex, quisquis ille sit, non habeat sub se idoneos, quos ad tutelæ munus nominare possit, poterit alium nominare etiam exemptum, proprioque ejus judici ut cogat representare. Ita enim Divus Marcus & Severus Proculo rescripsierunt in hæc verba l. Divus ff. de tutorib. & curat datus. Si quando defunt in civitate, ex quo pupilli oriundi sunt qui idonei videantur esse tutores, officium sit magistratum inquirere ex vicinis civitatibus honestissimum quemque, & nomina praesidi provincia mittere, non ipsos arbitrium dandisibi vindicare, cuius legis dispositio quare in exemptis rationem habere non possit non video, ubi enim

enim eadem est ratio, ibi etiam eadem juris æquitatisque debet esse dispositio, late pre-
ses loco ab identitate rationis.

Restringo antedicta 2. nisi judex secularis in constituendo tutorem laico sit negli-
gens, cum enim iuridictio seu datus devolveretur ad Ecclesiasticum, cap. ex tenore, ca.
cum si, & licet ubi DD. de foro compet. Faber d. §. 1. n. 5. in fin. de Attia tutor.

Restringo 3. nisi constitudo tribueret Ecclesiast. mixtum imperium hujusmodive
cognitionem inter laicos, esset enim observanda. l. 1. C. de Emancip. lib. Faber sup. d. n. 21
mer. 6.

An vero indistincte clericorum in minoribus majoribusve ordinibus Monachorum Episco-
pi & similes possint fungi munere tutelæ testamentariae legitimæ dativæ, ne meos
cancellos egrediar, videantur DD. Specul. tit. de tuore Rubr. de impug. tutorum §. Ge-
neraliter vers. Item opponitur nu. 10. & seq. cum addit. Faber & DD. d. Auth. presbiteros
Barth. d. legitimatos §. si legitimatus cum add. ff. de legitimis tuerib. Angel. & Fiamus d. verb.
tutela n. 2. Abb. c. ex parte de sepuli. nu. 5. Castritius loco citato DD. §. idem in milie inst.
de excus. tuer. Faber §. minores quem vide numer. 2. in fine inst. de excusat. tutor sol.
53. vol. 4.

Quod si tutor nomine pupilli convenientatur, adiutus debet judex non tutoris, sed
is qui proprius est pupilli, cuius contemplatione convenientur, cap. cum deputati ubi
Abbas de iudic. & in c. literas de restitu. spoliat. Barth. l. 1. §. suffici ff. de administ. tutores.

Q U E S T I O N E XLVII.

Quid juris si exempti fide jubeant?

S U M M A R I U M.

- 1. Exemptus non potest esse fidejussor iudicis, in contractibus vero potest.
- 2. Clerici an fide juberent possint.
- 3. Potest iamnen recusari.
- 4. Fidejussor exempti conveniri debet coram suo ordinario.
- 5. Recipiens exemptum in fidejussorem, an variare possit.
- 6. Fidejussor exempti an debeat discuti ante principalem.

Exemptus fidejussor iudicio silti esse non potest, quippe quod ejusmodi fidejussor
esse debet eiusdem fori, quo iudicium agitur, Barth. l. 3. n. 11. ff. de fidejussorib. glo.
l. 1. ff. qui satisfare cogantur. Card. Clem. 1. qn. 8. de censibus. Abb. c. 1. n. 2. in addit. & n. 6.
de fidejussorib. Samsonius ad. conf. Turonens. tu. 1. §. 24. glo. 3. vers. pro finalitex. l. 1. ubi
DD. ff. si quis in ius vocat, non jerit l. si fidei us. ubi tex. ff. qui satisfare cogantur.

At vero in contradicibus esse potest, nullo enim id jure prohibetur, erubesci
mus autem sine lego loqui. §. consideremus. Aut. de triente & semisse l. illam in fin.
C. de collat. quippe satis est eo in calu fidejussorem sine exceptione convenienti
posse, Barth. d. l. 3. numer. 11. in fine Abb. cap. 1. & seqq. de fidejussoribus,
licet.